

Vis adstringendi & confortandi, quæ talibus inest mixtis, à nemine non probatur, & approbatur; purgandi autem facultas, non ita est in proparulo. Non raro tamen, & hæc ex medicamentorum eorundem usu, & cum admiratione quidem, visa fuit. Ecquid mirum? cum sal hic subtilissimus, quem inesse diximus, à Natura quandoque separatur, eiq; molestiam non leuem inferat. vnde ea irritata, spiritus auxiliatores commouet, & innoxia pariter cum noxijs deturbat. ad hoc non parum conserui illa confortatrix, quam adstringentia præbent.

Acida longè aliam naturam possident. consistit enim sapor hic in partibus admodum subtilibus, ut manifestum est in destillatione salis etiam communis. Aluminis, & Vitrioli, quæ licet omnia, dum integra sunt composita, diuersos sapes præbeant; ubi tamen tenuiores horum partes, distillationis opera separantur, & post primam, eamq; inspidam satis aquam, eliciuntur, tam insignem aciditatem reperiunt, ut vel lingua carere censei possis, si illam non percipias. Hoc probant etiam Nature opera in fructuum, herbarumq; digestionibus. Si enim Rose, vel Triticum, vel Brasica, aliavè similia in vas ligneum coniecta, in locum frigidam reponantur, post paucos dies plane acefunt.

Acidorum porro facultas, frigida sit an calida, non segnitè in medicorum foro est agitata. Calorem affirmant, qui Vitrioli spiritum acidorum acidissimum, calidum tamen imò calidissimum statuunt, cum corpus humanum vrat etiam, siue intus sordetur, siue extra apponatur. Ab eodem spiritu Vitrioli, metalla quoque, & lapides durissimi, veluti & ab alijs acidis benignioribus & plantalibus, seu succo Limonum, & Citriorum pomorum, iidem lapides, non aliter atque si acris ea omnia essent, corroduntur. Vnde vix putant euidentes hos effectus à frigore nasci posse.

Alij è contra, experientiam in hominibus toties factam reponunt, cum ex Vitrioli usu spiritus non leuiter fuerint sepius refrigerati. Hinc in tot provincijs, regionibus, ac Regnis integris, consuetudo obtinuit ut non meri Empirici, sed prudentissimi Medici Galenici & Hippocratici, in febribus etiam ardentissimis, seu dulces refrigerium suo modo paratum, hunc acidissimum spiritum & laudent & propinent. An forsitan plurima calida exterius apposta refrigerant? tamen ex accidente, ut aiunt. sic Erysipelas, Aquæ vitæ seu spiritus vini, per fusionem sanatur. An repercutiendo id fiet, dum acida ob mordicationem, per quam Nature vis aliqua infertur, spiritus ac sanguinem influentem repellunt, & locum affectum sic refrigerant? Intra verò si assumantur, an non possunt incidere materiam, ut à Natura postmodum expellatur, vel concoquatur? acetosis enim quidvis impositum sit magis tenerum. An ipsam expurgant materiam? sic enim multa acidule, salutare sanæ aque, licet minerales sint, vim purgandi obtinuerunt.



De TEVXOCHITL, seu Flare Herois. Cap. I.

TEVXOCHITL MEXICA.

TEVXOCHITL ALIA.



HERBA Tevxochochitl caules fundit multos, tenues, teretes, lentos, vitides, & interdum flavescentes, refertos folijs Ocymoidis, hirsutis. & flores purpureos, & exiles, paulò ante ætatem emicantes. radicem verò teneram, & tota planta duplo longiorem, lacte manantem, intrinsecus candidam, & extrinsecus fuluam. Prouenit gelidis regionibus. frigidamq; constat natura, ordine secundo. & ideo trita, epotaque ex aqua, quatuor scrupulorum pondere, sitim extinguit, linguam humectat, ac lenit, & nimium extinguit calorem. æstuantiq; iecinori remedio est. quin etiam aduersus venena pollet, & eorum perfringit vim.

IO. TERRENTII LYNCEI NOTAE.

Inspida inter sapida recensentur, sicut tenebra inter visibilia, & silentium inter audibilia. illis minimum salis inest, quod lingua percipi queat. vnde iure inter refrigerantia recensetur. siue refrigeratio fiat repercussione caloris, ut fit effusione frigida, siue immixtione cum calidis, ut videmus tepidam feruenti infusam, totam reddere tepidam.

De ACACOYOTL Arundine Vulpina. Cap. II.

ARVNDŌ VVLPINĀ.

ARVNDŌ VVLPINĀ ALIA.



ACACOYOTL, seu Arundo Vulpis, herba est caulem prolixum proferens, arundinaceum, pollice crassiore, & exaurato virore nitentem. folia ampla, pingua, longa, & multis exilibusque interuenijs, in obliquum a dorso in vtramque partem discurrentibus. flores in Corymborum forma compositos, iuxta caulium cacumina, longiusculos, aurei coloris, & pulchros spectatu. è quorum singulis prodeunt semina fusca, dura, orbicularia, Ponticis Nucibus paulò minora. quorum gratia, nostri ad quos iamdiu ferri cœpit, Lacrymas Mosi nuncupare solent. nihil verò habet insigne præter spectandam amplitudinem foliorum, aureos flosculos, & semina visendæ rotunditatis, atque duritiei. Prouenit temperatis locis, aut paulò calidioribus.

Lithospermum maius arundinaceum Iudiciorum merito appellari potest hæc arundo eius enim fructus longè maior est, quam qui apud nos prouenit.

Semen vidi in Museo varijs rebus naturalibus instructissimo, apud Illustriss. & Excellentiss. Principem nostrum Fridericum Casum.



De ACAXAXAN, seu Planta palustri, & lenta, quæ statim comprimentibus cedit digitis. Potamogeto Mex. Cap. III.

POTAMOGETVM MEX. I.

POTAMOGETVM MEX. II.



HERBA est Acaxaxan, iuxta riuos ac lacus proueniens, ac folia similia Potamogeto, cuius videtur species, ferens, postremò rubrescentia. caulem gramineum, arundinaceumvè, & eodem modo geniculis internodijsque distinctum. florem coccineum, & paruum. radicem verò longam, & circa geniculos fibratam. Duas huius plantæ reperies differentias, viribus formaque persimiles. Prouenit vtraque temperatis regionibus, aut aliquanto calidioribus, qualis est Mexicana, iuxta palustria, & aquosa loca. vbi sunt qui Tocmazeli, seu Dasypodis auriculam, è foliorum similitudine vtramque, vocent. ambæque, frige-factoria humentique natura constant. febres sedant, vanos timores pellunt, dynterias curant, animi deliquio subueniunt, languenti cordi opitulantur, scabiemque sanant.





De ATEHVAPATLI, seu herba
nascente iuxta riuos.
Cap. IV.

ATEHVAPATLI, quam alij
Ahuatepatli, & *Tlatlanhcapa-*
zli vocant, herba est folia ferens bina,
obrotunda, hirsuta, serrata, inferne
rubea, atque squallentia, denique Vtri-
cuz proxima, Papauerque Rhæas sapore
imitantia. caules hirsutos, teretes, pur-
pureos, dodrantes. radicem verò te-
neram, longam, ac capillatam. cui ap-
pendent tenæ quædam iulivè, Piperis
longi formam æmulantes. Nascitur
Quauhchinanci, & *Copitlani* locis tem-
peratis circa saxa. frigida & humenti
constat natura, non sine quadam ad-
strictione. radix epota fecunditatem
procurat, præcipuè si cum vocato *Chi-*
latolli sumatur, & abortum prohibet.



De ATLANCANE, seu Herba
aquosis locis proveniente.
Cap. V.

HERBA est *Atlancane*, folia
penè saligna proferens. caules
longos, teretes, læves, fuluos, cauos, ac
repentes humi, nec pennis Anserum
crassiores. flores in postremis ramulis
oblongos, vasculis fuluescentibus per-
similes: radices verò furculosas. quæ
frigida & sicca natura constant. laxa
adstringunt, dysenterias cohibent, ac
cæteras penè defluxiones, eodem modo
coercent.



De CICIMATIC, seu planta Cimati simili. Cap. VI.
CICIMATIC.

CICIMATIC ALIA.



CIMATL.

CCICIMATIC herba est Napo similis. ra-
dice fibrata. è qua prodeunt caules volu-
biles, & rubei, ornati folijs ternis, cordis figura,
similibusq; cæteris Fascoiis, quorum est species
ac filiquæ mediocres, ex purpureis ac velut ra-
cematum dependentibus, floribus. Nascitur in ca-
lidis, ac tæperatis regionibus, qualis est Mexica-
na. Tæperies est frigida, & glutinosa. Radix tri-
ta insperfaque, vlcera curat. abstergit enim illa,
& cicatrice obducit. quò fit, vt *Palancapatli*, seu
vlcerum medicina à plerisque vocetur. oculis
tentatis inflammatione mirè confert. nubes, &
supercrefcentem carnem disciuit, fluxum alui
coerçet, tussi auxiliatur, & enixas corroborat.
Ius verò decocti radices, opitulatur dysentericis.
*Siliquæ longitudo non superat unciam, latitudo
verò quartam tantum partem.*

Cimatl, cui præcedens herba comparatur, est lo-
gumen, cuius radix ferruginæ coloris, caules epen-
tes. omnes ramuli tria habent folia, cordis figura
Fascoiis similia, in seriore parte subalbida.

De COATZONTE COXOCHITL, Lyncis flore:
seu Lyncea. Cap. VII.



Handwritten note:
Lyncea
seu Lyncea
cap. VII.

HERBA est Coatzonte Coxochitl, folia fundens Iridis, sed longiora, & latiora. caules tenues, virentes, breues, læuesque. flores capitibus serpentum similes, vnde nomen, rubeoque colore, punctis tamen interstincto candido & pallefcente, promiscuè. radices verò oblongas, ac præcoci Ficui adhuc virefcenti valde similes, striatas, ac contortas. Calidis provenit, & interdum etiam temperatis regionibus, iuxta rupes, aut arborum truncis adhærescens. licet iam ad hortos, cultaque loca descenderit, viridariaque exornet, in quibus excolitur, deliciarum ac florum gratia. Est enim flos forma spectabilis, Liliacii odoris, & quem quispiam vix posset verbis exprimere, aut penicillo pro dignitate imitari. à Principibusque Indorum ob elegantiam, & miraculum, valde expetitus, & in magnò habitus pretio blanditijs, & cultura non eget, sed vnica radice sæcundissimus fit proventus. Ex hisce floribus eque alijs quarundam herbarum congenerum, & ex rubro Maizio, parabantur Principibus Indorum Placentæ, quas edebant pro temperando ventriculi calore. siue is accidisset à Solis æstu, sub cuius radijs contraxissent moras, siue ab alia quavis, interna externavè, causa. frigida siquidem, humentiq; constat temperie.

Hic elegantissimus flos, & colorum varietate, & macularum aspersione, quemuis in sui admirationem rapere queat. eum Lyncis, exemplo floris Tigridis, & plantam Lynceam duabus præcipuè de causis appellare libuit. Cum quia versicolore Lyncis pellem varijs pulchrisq; maculis suis emulatur, tum quia Lynceorum Academia & Florem hunc, & totum hunc Mexicanarum plantarum novum & curiosissimum librum, ut lucem aspexerit, debemus, cui auguror, ut quemadmodum pulcherrimus Flos hic Indorum Principibus, ob elegantiam & Naturæ miraculum in delicijs habeatur, & ex varia radice sæcundissimus provenit; ita Lynceorum studia, que opulentissimos clause Naturæ thesauros recludere, & avidis hominum solertium ingenijs subijcere satagunt, & apud hos & apud Principes bonarum litterarum promotores & patronos gratiam mereantur, cumque pauci adhuc eorum sint numero, radices tamen altas agant, sæcundaq; litterariorum monumentorum sobole suavisimum Musarum odorem longè lateq; spargant, plurimos studiosos sibi devinciant. pluresq; ad sedulam Naturæ contemplationem sibi socios excitent.

De COAXIHVITL, Herba Colubrina.
Cap. IIX.



COAXIHVITL, seu herba Colubrina, quam nonnulli *Chalcuillal* vocant, folia profert Hyperici, minora tamen, & minimè cribrata. flores purpureos, longos, calyculorum figura, iuxta singulos foliorum exortus toto caulium procurfu. caules rubros, tenues, & teretes, duos longos cubitus. radicem verò crassam, fibratamque. Temperato gaudet cælo, locisque montosis, & Septembri mense floret. saporis est, & odoris ferè expers, frigidaque, & glutinosa natura. Jus decocti radicum medetur dysentericis, asthma opitulatur, dolorem sedat, febres restinguit, ac naribus instillatum, fluxum sanguinis cohibet.

Campanulis, tum figura tum viribus, est similis.

De COYOLXOCHITL, seu Martagone Volubili Mexicano.
Cap. IX.



Z 2

VOLV.



& hortensibus locis, vbi solet haberi in delicijs.

De CVTIRIQVI, seu Matlacaça. Cap. X.

QVAM herbam *Cutiriqui Michuacanenses* vocant, Mexicani *Matlacaçam* nuncupare consueverunt. hæc folia *Betonica* altis fert, læuia, sed minora, & exiliora. caules læues, purpureos, teretes, ac per intervalla geniculatos. flores luteos, siliquasque oblongas trigono, refertas semine, haud absimili *Synapino*. radices verò modicas, obrotundas, candentes, fibratas, Cæpis paruis similes, & nigra quadam membrana obuolutas. Nascitur regionibus frigidis *Chimalhuacanichalcensis*, saxosisque, & asperis locis. Radices, frigida humidaque constant natura, ac *Xicamarum* sapore. crudæ, coctæve edules sunt. coitum dicuntur excitare, ac extinguerere febres, zelotypiam amouere, & conciliare coniugum amorem.



ALTA

De

De HOAVHQVILITL, seu Olere seminis in cristam compositi.

Cap. XI.



REPERIES in hac noua Hispania plura *Atriplicis* agrestis genera, quæ vniuersim *Hoautli*, seu *Hoa hoautli* vocare Mexicenses contueuerunt, & in hortis suis, atque viridarijs magna cura serere, atque excolere, qualia sunt *Tlapal hoaquilitl*, seu *Tlapal hoautli*. radice crassa, breui, & fibrata, vnde prodeunt caules rubei, & in eis folia eiusdem coloris, oblonga, & ferrata per intervalla. quæ elixa eduntur. suntque adeo grati saporis, vt, cum quadam graui infirmitate Mexici laborarem, nihil cupidius ac id olus assumpserim, eiusve decoctos, conditosque oleo & aceto, cauliculos. floribus rubeis, & in comos compositis. præterea *Nexhoautli*, viridis tota, edulisque, & *Chichichoautli*, quæ ob amaritudinem, locum non habet inter olera. folijs è viridi purpurascens. & coccineis floribus. & alia permulta, quorum nec vsus est, nec rationem vllam habendam.

I. Tlapal hoaquilitl.

II. Nexhoautli.
III. Chichichoautli.

Potio Michichoautli.

duxi, pro olera magna ex parte eduntur elixa. Nascuntur calidis, ac frigidis locis, campestribus & humectis, sua sponte, aut in horris satæ, & cultæ. Frigida, & humenti natura constant. aluum emolliunt. panos apposita discutunt. Semen cum aqua mulsâ potum, regium morbum sanat, & vocatos morbillos ad cutim pulso humore curat. parant Mexicani è duorum primorum generum semine globulos, ac potionem, *Michichoautli* vocatam, qua vtuntur veluti gratissimo cibo. Folia tula, & *Hoilanqui* permixta, insperlaque, dicuntur vlcera abstergere, carnem generare, exedereque supercrescentem, & cicatrice tandem obducere. quin Ranam eisdem intolutam, coctam atque ingestam, prodesse dynterijs ferunt.



Z 3

De

De METL, seu Magnei. Cap. XII.

METL plantæ, quam Mexicanſes *Maguai* appellant, plures ſunt differentiæ, de quibus ſeorſim agemus, incipientes ab ea, quæ folia Aloes fert, ſed longè maiora, & craſſiora, (arboris enim medioeris interdum æquant longitudinem) vtrinque ſpinifera, ac in rigidum, acutumq; deſinentia mucronem. caulem duplo maiorem. & in eius parte ſumma flores luteos, oblongos, iuxta cacumen ſtellatos. ac procedente tempore, ſemen Aſphodelino perſimile. radicem verò craſſam, breuem, & fibris ſcatentem. Seritur ex germinibus qui circumcirca matrem oriuntur, quouis ſolo, ſed præcipuè fertili, atque frigido. non enim tempeſtatam, aut inclementioris cœli patet iniurijs, aut perſiccitatem ſtatim marceſcit. è nulla re proventus eſt amplior. Planta hæc vnica, quidquid vitæ eſſe poteſt neceſſarium, præſtare facile poſſet, ſi eſſet rebus humanis modus. innumeri penè ſunt vſus, qui ab ea deſumuntur. Tota enim illa, lignorum ſependorumq; agrorum vſum præſtat. caules tignorum, folia verò recta tegendi, imbricum, lancium, Papyri, ſilique, ex quò calcei, lintea, & alia veſtium genera, quæ apud nos Lino, Canape, Goſſipio, alijsq; huiusmodi parari ſolent. è mucronibus ſiunt clavi, & aculei, quibus perforandis auribus, macerandi corporis gratia, Indis vti mos erat, cum demonum vacarent cultui. item aciculæ, acus, tribuli militares, & raſtilla idonea peccendis ſubtegminibus. Præterea è ſucco manante, cuius, euulſis germinibus internis, folijsvè tenerioribus cultis *Tzelinis*, in mediam cauitatem ſtillat planta vnica, quinquaginta interdum amphoras (quod dictum eſt mirabile) Vina, Mel, Acetum, ac Saccharum parantur. ſuccus namque deſtillatione fit dulcior, decoctione & dulcior, & ſpiſſior, donec tandem cogatur in Saccharum. Vinum fit ex eodem ſucco diluto fontana aqua, additis corticibus malorum Medicorum, Limoniumque, & alijs. quibus facilius inebriantur, quod ea gens maximè affectat quaſi pertæſa rationalis ſuæ naturæ, & auida forſis brutorum, atque quadrupedum. è Saccharo, quod ex eodem ſucco vt diximus cogitur, parantur Acetum, nempe reſoluto ex aqua, & nouem diebus inſolato. idem ſuccus menſes cict, aluum lenit, vrinam euocat, renes, & veſſicam emundat, lapides frangit, vrinæq; extergit meatus. ſuccus, cui incoctæ ſint *Piltzintec xochitl*, & *Matlalxochitl* radices, referunt punctis mederi. e radice quoque reſtes ſiunt firmiſſimæ, ad multas res perquam accommodæ. craſſiores foliorum partes truncusque, decoctæ

Differètia.

Forma.

Cultus.

Fructus.

Sepeſ.

Tigna.

Imbrices.

Fili.

Veſtes.

Clavi.

Acus.

Suctus.

Mel.

Sacchari.

Vinum.

Acetum.

Vires.

Reſtes.



cocta ſub terra (quod genus elixandi barbaricum vocant *Chichimeca*) edendo ſunt apta, ſapiuntque citrea fruſta Sacharo condita. quin & vulnera recentia mirè conglutinant. ſit enim ſuccus aſſatione glutinofus. qui ſuapte natura frigidus ac humens eſt. folia quoque aſſa, & affecto loco impoſita, conuulſionem curant, ac dolores leniunt (præcipuè ſi ſuccus ipſe calens bibatur, quamuis ab Indica proficiſcantur lue) ſenſumque hebetant, atque torporem inducunt.

Aloe Americana licet ſpinis horreat, nihilominus tamen inter *Acanthacea* reponi non debet, vt quidam videntur facere, ab ijs enim non ſolum vrinibus, ſed & roſa facie differt. potius ergo inter *Frides*, & *Gladiolos* numeretur, quibus ſlos admodum eſt ſimilis, & reliqua omnia nil abuunt.

Eadem ſere de vrinibus huius *Aloes* inuenies apud Cluſium rariorum plantarum lib. 1. cap. 48. qui primus hanc propoſuit, viresque ex Gomara appoſuit.

De METL COZTLI, ſeu Metl Luteo. Cap. XIII.



Frigida verò conſtat, & lubrica natura.

METL COZTLI, ſeu *Maguai* luteum, ab alijs *Coztic mel*, & *Macoztic mel*, ab alijs *Hucimel*, ſeu magna vtilitatis dictum, ſpecies *Mel* eſt, ſed marginibus foliorum luteis, ſpinis paruis, & nigris, folijs verò modicis, ſi cum folijs *Mel* præcedentis comparentur. caule binos cubitos alto, digitumq; lato, & rubro. cum flore ceruleo pallescenti, cacumen eius occupante. & radice ſurculoſa. Campetribus locis Mexici naſcitur, quouis tempore, quamuis ſola æſtate floreat. ſeritur ex germinibus ortis iuxta parentem. lus trium, quatuorvè foliorum, additis *Siliquaſtris ternis*, frigentes ac craſſos humores per ſecceſſum & vrinam, paulatim vacuat. idem propinari ſolet ab Indis, enixis mulieribus, aliquot diebus a partu, corroborandi gratia. ſuccus expreſſus, ab emiaſſis folijs, dicitur aſthmati conferre.





De MEXCALMETL.

Cap. XIV.

MEXCALMETL, seu *Magui* aptum vt assum comeditur, species est *Mel* parua, valde spinosa, & virore admodum exarurato tincta. cuius folia eduntur asia, & sunt præ cæteris grata gustui. offenditur ea in montibus *Tepozilancensibus*.

De MEXOCOTL.

Cap. XV.



MEXOCOTL, seu *Magui* Prunorum, spinosa etiam plantæ, & ad *Mel* genera referendæ, species est, sed fructu dulci, & acido, multiplici, ac perfimili Prunis, vnde nomen, & in orbem, Indicæ Pineæ quadantenus partem, composito, eduli succo pleno, & grati saporis. Folia sunt *Mel*, aut illis potius Pineæ Indicæ similia, spinosa, fulua, ac veluti marcida. Caulis verò breuis, teres, ac crassus. Radix fibrata, crassaque. pruna sunt oblonga, glandibus similia, & ex candido palleſcentia, obducta membrana. intra quam continetur callus candens, ac, vt diximus, dulcis, & acidus. Pinearum Indicarum sapore refertus. semine principio candido, ac postea nigro, obrotundo, & duriusculo. Nascitur in saxosis regionum calidarum *Tepescuaculici*. Temperies est frigida, & sicca. Medetur oris vlcusculis e calore ortis, fructus commanſus, ac gestatus ore.

De NEQVAMETL, & alijs quibusdam *Mel* speciebus. Cap. XVI.

NEQVAMETL, METL V. Angustifol.

QVAMETL, METL VIII. Montan.



ACAMETL, METL XI. Arund.



NEQVAMETL, seu Mellis potatrix, species est *Mel*, alijs congeneribus plantis facultate similis. rara est forma. folia namque digito trãſuerſo paulò crassiora profert, aspera iuxta latera, ac impensè acuminata circa cuspidem. caulem brachij crassitudine. cuius cacumen fructus occupat oblongus, Pyrorum paruorum forma, vndique sepiens caulem. Nascitur in calidis. sunt alie quamplures species, quarum quoniam facultate similes sunt, & forma parum differentes, nomina, ac nonnullarum partium differentias subiiciam. Prior omnium vocatur *Mexoxochtili*, seu *Mel* viride. Altera à cinereo colore *Nexmetl*, reliquis etiam similis. Tertia *Quametl*, seu *Magui* montanum; squalenti colore fibrata radice, & longo, crassoq; insigni surculo. Quarta *Hoitzitzimel*, aculeis longis, purpureisq; radicibus, & spinis. Quinta *Tapayaxmetl*, seu *Magui* *Tapayaxin*, præcedenti ferè similis. Sexta dicitur *Acametl*, seu *Magui* arundineum,

Mel viride. VI.
Nexmetl cinereu. VII.
Quametl montan. VIII.
Hoitzitzimel. IX.
Tapayaxmetl. X.
Acametl arundineum. XI.